



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1656**

§. 139. Et exsurgens Summus Sacerdos in medium. v. 60.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45533**

immaculate semper immaculate per immaculatam vitæ tuæ innocentiam & rectitudinem, concede mihi similem agere in mundo vitam, qua purus, integer, flagrans tuo semper amore viuam, ut veniens in hora mortis, & extremo iudicij die Princeps mandi huius, inueniat in me nihil, aut accusacione, aut morte dignum æterna.

§. 139. Et exsurgens Summus Sacerdos in medium. v. 60.

Cum iam viri huius fuisse & prædatorij conciliabuli, qui iudices esse debebant, & sedere; stando præ impetu passionum manifeste obijssent munera accusatorum, & tamen nihil profecissent, ita ut iudicarent in conscientia, non esse, quæ dicta erant, conuenientia suo proposito: iam etiam incipit post omnes illos insanire ipse Summus Sacerdos, & deserens officium iudicis, surgendo se facit accusatorem Christi, & qui omnium aliorum versuras iam audierat, ex illis unam nequissimam fecit imposturam, nempe Dilemma seu cornutum syllogismum, obstupescientibus ceteris Caiphæ ingenium, nempe: *Ista reus, aut dicit se esse Filium Dei, aut negat: quicquid autem horam elegerit, impinget. Si affirmat, blasphemat: si negat, blasphemauit.* utrumque autem meretur mortis reatum. Hoc Dilemmate reperto, animosè & passione raptus surgit, flat, accurrit, & se girat Pontifex, & se ipsum prodit.

**D**eus meus, opus est magna prudentia, ut homo seipsum non prodat sive bonus sit sive malus. Facibus tamen se oculit bonus, quam malus, quia malus est impudens & ideo facillime se se prodat, ut iste Caiphas, modo sit qui acute attendat, ad connexionem officij, verborum, &c. circumstantiarum, quæ in aliquo esse debent, & non sunt. Hinc oro te, ut tu potens Deus & sapiens ita me regas, ut dicta & facta mea personæ meæ & officijs semper consentiant: nec me ipsum passionibus meis in honorem.

§. 140. Interrogavit Iesum dicens. v. 60.

Totus tumidus fugitus è folio suo, totus turbatus animo & corpore, spirans minarum & cædis, ex vehementi spiritu ignem persecutionis in se accendens accessit ad humilem Iesum, ante se ligatum manibus stantem innoxium sine felle, sine dolo, omne delectamentum virtutis in se habentem: & interrogavit eum tono duro, minace, superbo & fastuoso. Tu non respondes quicquam ad ea, quæ tibi.... obiciuntur ab his.... tam honorabilibus viris, Doctis, Senibus, Sanctis? Ote insignem tergiueratorem.

**O**Iesu Rex gloriæ, qui totum mundum sapientia tua regis, Rex Regum & Dominus Dominantium, quam humilis modo stas, quam paucis,

quam